dissociabiles.

4. Continuitas, est modus corporis ex-
tensi, quo eius extrema sunt u-
num. Talis mathematicè qui-
dem datur, non autem physice:
Nam mathematica v. g. line-
a est continua in se: corpo-
ra vero etiam si atomi essent
sunt continua tantum ad
sensum nostrum.

5. Continuitas, est modus corporis exten-
si, quo extrema eius sunt simul.
Hec datur in omnibus omnino cor-
poribus naturalibus, ut pote quæ
etiam si minima sint, in quibus-
dam ramentis se contingunt. Id
circo ex hac resultat

§. 4.

α. Porositas, est modus corporis, quo in-
ter ramenta contactus, habet
spatiola vel inania profusa, et
corpore aliquo heterogeneo re-
pleta.

β. Laritas, est modus corporis, quo hoc
habet poros aliquanto majores.
v. g. in porryia pumice, aëre
rarefacto.

γ. Scuritas, est modus corporis, quo hoc
habet poros aliquanto minores;
adeo ut sensus fugiant. v. g.
aurum, vitrum, flamma, aqua
etc.

§. Fragilitas, Friabilitas, Fissilitas, Secabilitas, Serrabilitas, Ductilitas, Viscositas, Compressibilitas, Densofinitas etc. De quibus omnibus et aliis quam plurimis legatur in notatq. Fabri Tract. II. Philosoph. Scient. Lib. IV. Propos. XLII, multisq. tam antecedd. quam Consequ.

§. 5.

C. Impermeabilitas, est modus corporis extensi, quo illud ab alio extenso distinguitur, et per quem fit, ut non possit esse in eodem loco; sed semper unum excludat alterum. Nam quæcumque habent distinctas entiales realiter extensas, illa habent distinctas præsentias: distinctas habent præsentias, distinctas habent locationes: præ distinctas locationes; illa non possunt esse in eodem loco naturaliter: h. e. se non queunt penetrare.

§. 6.

11. Figura, est superficies corporis exterior modo determinata. Ex quo firmè præsumi potest: quomodo differat ab illo realiter nullo modo differat.

figura provenit:

- (1.) Regularitas et irregularitas, quarum illa in corporibus sphericis, cubicis, triangularibus, cylindricis, pyramidalibus etc. haec in plurimis corporibus v.g. lapideis, meteoris metallicis, aliisque massis consistit.
- (2.) Asperitas, est modus corporis figurati, quo partes magis inaequales superficiei eius, tactum relinquant. v.g. in lima.
- (3.) Levitas, est modus corporis figurati, quo partes superficiei minus inaequales ~~superfici~~ superfici eius aequaliter tactum afficiunt. v.g. in metallo polito.
- (4.) Fluiditas est modus corporis figurati, quo particulae ipsius magis sphaericae aut cylindricae ob contactum valde puntualem iuxta se non quiescunt. v.g. in aere aqua igne etc.
- (5.) Stabilitas est modus corporis figurati, quo partes magis planae ac irregulares ob superficialem valde contactum iuxta se firmius quiescunt.

APUT. IX

DE

AFFECTIONIBUS MAGIS EX

FORMA.

d. 1.

Stabilitas est affectio corporis naturalis ex forma orta in tali partium modificatione consistens, secundam quam corpus quaecumque

ratione quale dici potest.

§. 2.

Non autem negari debet, juxta hanc de-
phtionem, multas affectiones ex capite pro-
cedere v.g. asperitatem et leuitatem et
huc referri posse: Quoniam scilicet materiam
et forma realitatis non differunt, imo
ob artificiosum rerum plurimis habitum
nity simul ortationem præbent. In
tamen respekt ad id ex quo principia
et magis aliqua affectio resultat; sicut
superiori capite enumerata magis ad ma-
teriam fuerunt referenda.

§. 3.

Qualitates cõmuniter dividuntur in

Primas, quæ alicui elemento inherentes
reliquis qualitatibus ortum præbent.
Vales vulgo enumerantur; calor, frigus,
humiditas est siccitas. Malis
ego dicere; præsentia calefactiva
frige factiva, humefaciendi, ex siccitate.

Et in

Ortas, quæ sunt reliquæ omnes. Quamvis
hæc distributio difficultatibus
minimis præbatur.

§. 4.

Fortè convenientibus diceretur; Qualitates
esse, vel

Insensibiles; quæ sensum humanum non
afficiunt directe et a priori. Sic

Demus multa ab auribus abire

animantibus percipi, quæ sub huma-
num sensum prorsus non cadunt.

Multe etiam Sympathetica et anti-
pathetica qualitates directe non
a nobis sentiuntur: non tamen
ideo qualitates occulta juxta Re-
cipateticorum acceptionem de-
betunt dici. Vel

Sensibiles, quæ sensum humanum directe
et a priori afficiunt. Philosophis
patibiles, rectius afficientes quali-
tates nuncupantur.

¶. 6.
Sicut aliorum aliorum, sensus afficiunt, di-
di possunt in

Tactiles, quæ afficiunt tactum: quales
qualitates calefactiva, frige facti-
va, humefactiva, siccifera, durities,
mollities, hirsutia, glabrities etc.

Visibiles, quæ visum: sunt, qualitates lu-
cifica, luminifica, calorifica, per-
spicue factiva, et opacifactiva.

¶. 9.
Audibiles, quæ auditum: est potentia ex-
citandi eorum, sive motus sono-
rificus. Qui ipse de in variis.

¶. 10.
Gustabiles, quæ gustum: est potentia
sive qualitas saporifica. Hæc pari-
ter

multipler, dulcorifica, amarifica, ad-
tica: sive saporifica dulcedinam, am-
ritudinem etc.

§. 11.

Olfactiles, quæ olfactum: est gravitas et
rifica: Totuplex terti hæc quatuorplex
jecta, quæ olfactu possunt explorari.

§. 12.

De his omnibus autem ut pote hinc solummodo
breuiter intimatis, ex professo agendi oc-
casio dabitur, quando ad sensuum evolu-
tionem peruenierimus. Delegetur enim hoc
vel maxime tristissimum esse error, quod ex-
stimatur id quod nos percipimus applica-
tis suo modo ad sensoria objectis, eadem
ratione in ipsis objectis reperiri.

CAPUT X.

DE
AFFECTIONIBUS MAGIS EX
TERIA ET FOLIA SIMUL.

§. 1.

(1) Locus in genere est situs corporis
limitatus. Estque vel

§. 2.

Externus, qui est situs corporis limitatus
ab extra; clarius: superficies cor-
poris ambientis prima. Haec super-
ficies prima aqua proximam
ambiens locus ipsius est externus
et quidem proximus. Aqua verò

ambiens remote piscem, vel etiam
fluminis abveus est locus remotus.

29

Hic alias communis, ille proprius vocatur,
de quo hoc ultimo intelligi debet canon:
Uno vel plura corpora non posse in
eodem existere loco. Vel

§. 3.

Internus, hunc perperam scholastici
describunt per presentiam, sive
correspondentiam rei ad locum ima-
ginarium, cum nihil sit aliud, quā
situs alicujus corporis limitatus
ab intra; scilicet: superficies ex-
tima cujuscumque corporis. Ita pisci-
ni corporis extrema periphæria
ipsius locus internus existimari
debet. Coelum ergo saltem erit in
loco interno.

§. 4.

Non etiam negare auctim, quod si de loco
certius velimus exacte judicare, is di-
cendus sit aliquid terminus medius inter
superficiem corporis ambientis, et su-
perficiem corporis ambiti; h. e. conta-
ctus tantum non imaginarius, utratum
superficiem. Conferatur hac de re Si-
monis Phys. Aristotel. Cartes. Exercit. 113.
Legi etiam de loco meretur Renaty des-
Cartes Part. 2. Princip. a Num. X.
ad. XV.

H.

§. 5.
Quid distinctionem loci spectat in
Naturalem, qui est nativus corporibus
et vis sine vi externa competit.
Violentum, in quo corpora sint per
ferream quampiam viam; censetur
minores posse admitti; sed explicatio
vnam esse immutandam sic, ut dicitur
mus; locum naturalem esse, in quo
nature corporum nulla vis destruc-
tiva obtingit. violentum, in quo
corpora destruantur.

§. 6.
Duratio corporis naturalis est perma-
tio ejusdem in suo esse a principio
usque ad interitum usque;

§. 7.
3. Tempus est durativum corporum natura-
ra. Haec desumitur a motu maxime
uniformi et constante, coeli mi-
rum coelestiumque corporum, maxime
autem Solis et Luna.

§. 8.
Multas differentias temporis afferre
velle super vacanum est; cum illa
satis nota sint, partim ad
legiam spectent.

FINIS PARTIS
GENERALIS.

PARTIS SPECIALIS

30

CAP. I.

DE

ELEMENTIS IN GENERALE.

§. 1.

Cum per se sit communiter omnino.
Hominis humanum corpus ex mixtura
elementorum esse conflatum: methodum
Syntheticam in hac contemplativa Phi-
losophia parte secutus, elementa pre-
mittit, corpora ex his mixta additury;
et illando autem utpote toto ex consi-
deratis tot partibus coagmentatis, tra-
tationem suscepturus in calce hujus
compendii.

§. 2.

Elementa quidem quasi alimenta dici
solent, eo quod alant et consistunt cor-
pora: nonnulli tamen ab antiquo verbo
Heb. i. e. cresco, derivationem petunt quo-
rum quavis ex hirce concrecant.

§. 3.

Peripateticorum definitio incongrua non
est, si modo recte applicaretur; Ita quia
elementa definiunt: Sunt corpora simpli-
cia quibus mixta componuntur, et
in quae ultimo resolvuntur. Ad ist-
am definitio atomis elementalibus
competit, non autem in Peripateti-
corum

elementis, utpote quae jam compactae
sunt et atomos elementales sibi per
mixtas possident cum praedominio
tamen atomorum quarundam, a quibus
eum totum elementum nomen ac-
cipit.

§. 4.

Adjudicata igitur dicta definitione
atomis elementalibus, sive si hoc loqui
sic liceat, elementis in puritatis
statu consideratis, talem pro ele-
mentis, prout de facto se habent,
massam constituere. Elementa sunt
massae majores corporeae ex atomis
elementalibus sibi permixtis consti-
tuta cum praedominio quarundam fa-
vorem atomorum, ut mixtura vari-
sua reliquis majoris heterogeneis
corporibus naturam certam praes-
tant. Brevis Elementa sunt cor-
pora majora minus mixta, varia
combinatione sua majoris mixtis,
originem praesentia.

§. 5.

Quod ad numerum Elementorum, non
fuit ab omni tempore sententiarum
discrepantia. Multi auctorum fuisse
runt unicum: Ex veteribus Thales
lesius; cum quo ex Chymicis recentioribus

ribus

Joan Baptistae van Helmont et disci-
 plini fatiant, Aquam; Heraclitus Ephe-
 rus ignem; Anaximenes et Diogenes
 Laertianus Aërem; Herodotus et The-
 ocydes Syrus Terram.

§. 6.

Quibusdam duo probantur: Parmenides
 enim ignem et Terram assumpsit inter
 ceteros: Ex recentioribus et quidem a classe
 scripturariorum Janæus Part. 2. P. 1. p. 1.
 cap. 9. Terram et Aquam tan-
 tum admittit.
 §. 7.

Ternarius quoque numerus suos sorti-
 es est Patronos. Nam Valla lib. 1.
 cap. 2. Cardanus lib. 2. subtil.
 Tribonig et Snelius ignem repudiand.
 Magnæus Democriti reviviscentis di.
 cap. 11. p. m. ut seque Aërem
 exclusum vult. Renatus des-Cartes
 parili ratione tribus facit, quæ ex ma-
 terie ipsius ita et nominantur et descri-
 untur.
 §. 8.

Primum elementum est materia subtilissi-
 ma, quovis modo figurari apta, occisi-
 va semper agitata: Vis: Renatus des-
 Cartes Part. 3. Princip. Num 49. 50. 51.

*

Secundum elementum sunt globuli definiti
parvitas ex parte rotundi et solidissimi
jugiter rotati. Vid: Quaty. l. 1. num. 100.

Tertium elementum est materia
trans ex partibus crassioribus angulis
his parum moveri aptis. Vid: ibid.
ibid. num. 12. Conferatur etiam hujus
pendii. Cap: 1. Part: Gen: d. 4.

d. 9.
Part 3. ista integra ferè de his Elementis
quomodoque coeperint ac enata sunt
qua ratione coelestia corpora ex illis
componantur est conscripta. In com-
pendio autem tota illorum Verbis ex-
hibetur a Suisero Phil: Aristotel. Lan-
siana Praef: 151. Legu: itidem in
Disputat: mea de Vorticibus Lasteri-
nis. Si autem candidè judicare vo-
beam, puto, isthaec elementa nihil
esse fictilia sine ullo in re ipsa fun-
damento. Et quidem vel ex Cartesio
maxime Part: 3. Princip: à Num:
XLIV ad XLIX satis est colligere,
mera entia rationis esse et nihil per se
terea: Quamvis non obscure is se autem
ambigue passim alibi loquatur, et quod
antea dixerat ficta esse, pro verissimi-
mo certissimis venditet iudicio mat-

cause. Accedit, quod si elementa illa
 in granis suis accipiantur, parum ab
 atomis elementalibus differant, sicut
 in illo modo facti genuini venati credi
 Democriti et Corpuscularium debent.

§. 10.

Retinemus ergo nos tritum quaternarium
 elementorum nomen, quoniam
 has quatuor massas majores minus
 mixtas reliquis magis mixtis consti-
 tutionum largientes revera et uni-
 advertimus et certimus.

§. 11.

Quod de proportione decupla elementorum
 ad se invicem relatorum affer-
 tur, nimirum pro una parte terra
 statuendas esse decem partes aequalis
 aquae, centum aeris, mille ignis, unius
 calculus est.

§. 12.

Trans elementationum controversia Peri-
 pateticis satis sunt trita pro affir-
 mativa earum quamvis non sine di-
 versis opinionum pugnantibus. Juxta
 venati Ser-Cartes de tribus Elemen-
 tis hypothesis pariter judicandum, ex
 primo elemento et posse et debere fieri
 secundum; ex secundo et tertio
 primum, imo recuturam ad ulti-
 mum

naturalem omnium in ignem converti
nem Aricany ita exustionem manu
perlingig contra acerrimè transmuta
tionem elementorum in rectatur, sub
stantialem scilicet de qua cum restituta
facientialis enim a nomine rejici
test) hoc præsertim nixi fundam
to: Quod mutatio substantia in sub
stantiam fit opo potentia solig
aty, ita nullum Phænomenon Phy
cum.

§. 13.

Ut sit dirimatur distinguo,

1. Elementa in Symbolica et Dissim
la. Ita dicuntur, quæ primum ab
quibus qualitatibus conveniunt
ut sunt aqua atq; aer, aqua ab
terra; ignis et aer: hæc quæ
nullis. r. g. ignis et terra; fer
et aer.

2. Transmutationem in magis
instantaneam et magis recep
tam; mediatam et immediatam
instantanea et immediata fieri
sine ambagibus multarum alte
rationum: hæc cum illis

3. Mutationem in Totalem secundum
totam elementi spheram; et par
tialem, secundum aliquot aliquos
elementi particulas.

Metamorphosin in actualiam, quae
verè contingit; et potentiam, quae
dari potest.

§. 14.

conclusio nunc

(A) Elementa et Symbolica et Asymbo-
lica actu transelementari mutati-
one particulari successiva. Requ-
rit id enim id mixtio rerum.

(B) Elementa Symbolica actu particula-
ri mutatione et valde instantè
transelementari: Non item et
symbola. Sic auxilio Eoli pylae
cujus descriptio et figura aenea
apud Cartesium extat Cap. V.
Meteoror. aqua abit in aëre.
Nec minus aër aëre ac terrae
naturam induunt.

(C) Elementa et Symbolica et Asymbo-
lica ne quidem potentialem trans-
elementationem totali muta-
tione sive instantanea sive
successiva naturaliter admit-
tunt: Periclitaretur enim rerum
universitas. Vid. Gerard. de
Nest ville Carmol. cap. IX. p.
124 legu: Prejudanus Instit. Phys.
lib. 2. cap. 2. p. 94.

J.

Cap. II.

DE
AGNE.

§. 1.

A Vesta juxta Tritum incipiens
quam definitio quod sit elementum
particulis aethereis atq; terreis valde
stipatis et rapidissime agitatis consistit.

§. 2.

Nam non alia quam hac ratione ignis generatur
videlicet cum omnes ad unum con-
portibus inveniunt particula aetherea per
ros disseminata, contingit, ut vel colli-
sione corporum v. g. chalybis et silicis
vel attritione s. g. ferri et lignorum
axis item et rota; vel constrictione
eorum v. g. in fimo putrescente et
non madido; vel destructione eorum
his alia ratione producta v. g. facta
orum vitrioli et tartari mixtione,
vel ista particula, magis rejiciantur
tur et constipatione facta celeriter
creantur, quae deinceps particulas
terrestres subtiliores secum torquent,
in qua omnis actione ignis natura
consistit.

§. 3.

Sicmodum autem dictis modis
excitatur ut sic loquar, primus
is se facillime multiplicat, quando
py combustibile inoadens novos
tunc

eros destructor dat sicq. plures idem
 et aetherarum et ferrearum plu-
 rum sibi adiungit; cui negotio adeo
 ignis conservationi promovendis plu-
 rimum imo tantum non omne coarctat
 vis crassioris ventilatio.

§. 4.

videlicet quando ignis sive in flammam
 rumpens sive in subiecto ignito e.g.
 ardore undulans exurgit, aer ab igni
 impellitur: hinc incendiorum tempore
 semper aliquis ventus deprehenditur,
 et impulsus, cum omnia ferè plena
 sint, nequit in alium cedere locum, quã
 ven ignis pabulum suum deparsiens
 facit. Dum autem ita succedere co-
 atur, flabelli instar ignem in partes
 pabuli penitiores impellit, sicq. flammam
 ex sufflando retinet, conservat,
 sed si non fiat, et aeri successio
 pracludatur, ignis praesertim flammam
 a cedere nesciens, a gravioribus par-
 tibus fumi e pabulo enascentibus et
 confugere nitentibus, suffocatur.

§. 5.

Obiter hic notari meretur, quorum-
 dam partes corporum citius, quorum-
 dam difficiliter motui igneorum corpus-
 culorum obedire, imo forte dari

Asbestinas materias, cujus generis Kircherus
opus Stiner. Ecstatici Stiner. l. Dialo-
Cap. V. p. 192 et 206. alveum foliorum disto-
Vetustas Salamandra corpus, De hoc per
peram credidit, vid: Fontenai Hist. Nat.
gal: de Quadruped. Lib: IV. Cap. 3. p. 192
et Ursani Commentarius in Phys: Aristot.
Disput: ad libros de coelo: dubio III. p. 564.
p. 564. Ex professo autem de asbestis
egit dictus Kircherus N. P. Tom: II. lib.
117. Sect. 3. Cap. 2. per totum.

Varia autem ignis distributiones affor-
ter, quas comode ad has classes refero

1. Ratione actionis in sensus nostros
hinc est calefactionis tantum v. g. in
animantibus sic dictum nationum cal-
lidum; ignis in aqua fervida, in
calce viva etc. De natura ejus sic
statuendum: Quando aetherea par-
tes rapide satis mota terrea
quae ~~terreis~~ subtiliores
ter agitant, ita tamen, ut utraque
partim crassioribus terreis par-
tibus, partim aquae particulis
implicentur, impeditur iste ignis
quo minus se explicare et circum-
fusum aethereum aeri permixtum
ad lineas rectas quaque verum
propellere possit: hoc ergo motu
lucis actione praesedita, non po-
test non esse tantum calefactionis

d. 7.

Flamma lucens, sive luciferus tantum, v. g.
in squammis piscium, ligno putrido et
similibus nocte lucentibus. Res ita se ha-
bet: Quamvis particula aetherea tantum
solum agitata propellere quidem a-
ethereum aeri permixtum nullo interje-
cto impedimento valent, non autem
sola raris sunt, ut particulas ter-
restres subjecti copiosius secum rapiant;
solum luciferus, adesse potest

d. 8.

Flamma lucens et calefaciens simul, quae
videlicet et aetherea circumfusae et
aerreae partibus ab agitato aethere
efficienter circumtorquentur. Sic
optimus reliquis perfectior, est vel
Anthrax sive Carbo, vis in subjecti
quarum systema firmiter ignis
magis sulphureas partes intrin-
secas agitatas non valet dissol-
vere v. g. in ligno, ferro, lapi-
de, vitis. Vel

Flamma quae est fumus accensus h. e.
ignis facile solubilis subjecti
partes dissociatas et aufuge-
re nitentes tanquam patuli-
sum insequens. Quare perpe-
ram ex flamma ascensu levitas
ignis colligitur. Ut hoc addam,

flamma usque pyramidalis conspicitur, partim
quia plures aëris columnae existunt
quae latera flammæ deprimunt, quam quod
supremos punctos ejus: partim quia partem
superam paulatim igni deficit.
Vel lux, hæc nihil aliud censeretur debet quam
flamma purior dissipatioque. Hæc per
nent solares radii.

§. 9.

II. de ratione substantiæ

Alius est Elementarius sive purior
æther scilicet sufficienter con-
sistens et motus: Corpusculum
atomos igneus: Cartesiani ma-
teriam subtilem vocant.

Alius Culinaris seu Impurius; quan-
do nimirum ætheri dictis terre-
strum partium partes jam tum immi-
scant. Hic pro diversitate illius
partium multum coloribus
variatur.

§. 10.

Nam si sulphuri puro ignis jungatur,
candescat; si bitumini, fusca flamma
erit; si bitumini una cum aragine rube-
scet; si minis aut similibus rubri coloris
mineralibus jungatur; si aliginosa ma-
teria pingui et oleaginosa applicetur
omni fere luci destituitur. Sed omnia
experientia docebit, si ex dictis ma-
teris oleo commixtis in lucerna
accenderit.

III. Ratione mundi partium

Alius est supra terraneus, omnis ille
qui circa et supra nos est

Alius subterraneus, de quo dubitare
non sinant Forum Vulcani sive
Phlegraei Italiae colles, montes
ignivomi, metalli fossorum expe-
rientia, thermae etc. Vit. Beckeri
Physica subterranea passim Vossii
de Idololatria gentilium lib. 2.
Cap. LXIII p. m. 644. Legu. Kir-
chery A. S. Tom. 1. Lib. IV. Sect.
1. cap. 3. per totum et passim
dicto in volumine. Otto Dapper-
us Description: Americae lib. 3.
Cap. 4. p. 509 item quo loco de
terra del Fuogo agit Franciscus
Schottus Itiner. Italiae p. 252
Legu. aliiq.

Alius sublunaris, qui tamen Ens ra-
tionis Peripateticorum est. Vit.
Kirchery l. 1. Cap. 2.

d. 12.

Recentissime Tractatum in 17to scriptum
de Igne Caratur lectu dignum. In quota-
nen non omnia tanquam ex tripode
icta debent accipi.

CAPUT III.

DE AERE

§. 1.

Aer est elementum ex congerie partium
etherearum motu ordinario agitarum
et terrearum instar mollium plumularum
flexibilem constantem.

§. 2.

Juxta hoc aer purior sive elementarius
rigorose magis ita dicitur, aether enim
terreas plumulas nondum permixtas
habens. Sic definitur: quod sit corpus
ob minima sphaerica, e quibus componitur
tur valde fluidum et summe pellucidum.

§. 3.

Plumulae autem istae terreae causa
sunt tanta compressibilitatis, virtutis
etiam elasticae hujus elementi, de quibus
omnibus in doctrina ventorum disquisitio
fit. Vid. in terris senatus des-
tes Part. IV. Princip. Menses sequentes

§. 4.

Ceterum natura provida artificium
ritice hinc se pandit; Nam cum effat
Tris megesti in Asclepio: Aer fit or-
garum vel machina omnium, per quam
omnia fiunt: nondum esse sive in dispo-
sitione plurimarum qualitatibus in re-
quis corporibus conspicuarum debet.
Hinc ob motu localem facile est divi-

propter oculum sine colore, aliam
cum gratia sine sono, sapore, odore, et tan-
tibilitate, sicut hoc posterum et reli-
qua etiam in aere quieto sinceror,
patent. Chale tamen ex isto fundamento
Magnus Democriti re vivit centis Dis p.
Cap. 2. Proport. 10. p. 110 legg. et infi-
as; aërem esse elementum.

§. 5.

Distributio aëris in tres regiones, quæ
etiam Armin Physica conciliari
Part: spec. Sect. 1. cap. 2. Num. 3. p.
dicat, nullum habet fundamentum;
videtur radii solares ad Lunam usque
ultra reflectantur, festante in lu-
mine, quod a tellure acceptum Luna
primis diebus post novilunium in
parte a sole averta de se spargit. Non
icam mutat, quam nihil certi est conti-
nuam variationem vel de istis regi-
onibus aëris adsignari, vel ex ipso
demonstrari possit.

CAPI. IV.

DE

ALVA.

§. 1.

Archimedes, initio libri de his, quæ re-
stantur in aqua, satis acute demon-
strat. Omnem liquorem haurire, spha-
ricam esse: Eiusdem sententia sunt

K.

Demoocritici conueniter.

§. 2.

Quamuis autem rationi consonum uideatur, quasdam sphericas particulas permixtas, fluiditatem ipsius producant, tamen omnes huius figurae esse obstat quatenus motus paulum tardior.

§. 3.

Qua de causa ueritati proprius est, si dicamus: agrarum naturam sic esse compositam, ut particulas copiosius motus et peluciditati aptioribus sunt ferrea: non uero hic aqua congruunt uti sunt aerea.

§. 4.

Definitio itaque talis consignanda fuerit: Aqua est elementum ex congerie partium adhaerentium partim minus copiosarum partim minus agitatarum; et terretium quum teretium lubricarum adhaerentium nutantium circa se quasi reptantium constans.

§. 5.

Genatur des - Carter Meteoror. cap. 1. q. 3. idem sentiens exiguas illas, quae aqua componitur partes (praeterquam quod adhaerent ipsi inuicem) longas, lubricas et lubricas esse ait, angyllarum partium instar, quae licet jungantur et implicentur, nunquam tamen ita congruunt, ut non facile separentur.

Talem autem aqua naturam inculcant:
 quod illa insipida sit et sine odore: dede-
 rante id furius Rodolpho Tractatus Phys.
 Part. 3. c. 3. n. X. quod penetrare possit mel-
 lorum temporum poros, quorundam vero
 non item. Vid. id. ibid. N. XI. et XII.
 Præterea evaporatio aqua; facilis in co-
 pority asperis non adeo potitur tanquam
 in hirsio, et hinc dependens humectatio
 labra et quasi intacta præterlabem
 series sive fluxus, maximè per decli-
 via; dilatatio prompta; compressio fere
 nulla; asperorum per eundem asperi-
 riam levigatio; sordium expurgatio;
 mixtorum minus firmiter concretorum
 per eam in ipsorum poros subeuntem dis-
 solutio; similiter aquarum proprietates et
 effectiones innumera nullo fere negotio ex
 hac ipsarum textura explicabuntur. fru-
 ente hunc catalogum Sturmio l. i. cap. 3.
 n. 113. p. 117. sep. de præparatum tamen ex
 Hamelii cap. 17. desert. 3. Tract. Phys. 1.
 Phys. Gen.

Immoitandum paulo furius præsentiet
 hydrologia et investiganda mirabilis a-
 quarum Conterranearum Subterranea-
 rum et Supra Terreanarum, sive nun-
 inatio sive circulatio.

§. 8.

Conterranearum princeps Mare est, pro-
mus condus aquarum reliquarum omnium,
principiumq; ilarum nutritionis. Itaque
illud describo: Est magna aquarum col-
lectio in comuni et contigua alveo.
Ubi hoc annotandum: Communiter
alvei non estimandum esse ex aper-
ta sensibiliq; connexion; sed coheren-
tiam maritimorum receptaculorum
sub terra pluries continuari. Legitur
Kircherus M. S. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 11.

§. 9.

Maris observanda est.

1. Salredo; Hoc adventitia est ipsi
a presentia particularum
salinarum, quae ei admiscen-
tur ex terra mineris, in quibus
maximas salinarum
partium massas reperiri,
fossiles metallorum testes
sunt; praeterquam quod tota
Insula Ormus in Sinu Persico
chaos salis existens in con-
firmet, et salinae particulae
partim frigore, partim igne,

partim trans-rotatione sint abs aqua
marina separabiles. Vid: Vossig Földt.
Gentil: l. 268.

39

§. 10.

Peripatici a radiis solaribus aduri
velut superficiem maris, indeque
ortum habere salsedinem. Astur
igitur (1) non omnis aqua, praesen-
tim lacuum falsa: (2) grave non
salsedo major in superficie quam
fundo maris.

§. 11.

Salsedinis hujus est consequens: A-
quam marinam graviolem depre-
hendi fontana et fluviali, hancque
ob causam et navigationi et nata-
tui esse aptiorem. Confer Kircher:
l. 1. lib. V. Sed: IV. cap. 2.

§. 12.

11. Tendentia Euro - Zephyrea, quae
est motus generalis maris et
constans ex Oriente in Occiden-
tem. Nam experientia nautis
perspectum reddidit, quod qui
ex India solvant versus Occi-
dentale Bonae spei promontori-
um; atque ex Lusitania vel Hi-
spania in Mexico multo bre-

viri temporis spatio conficiant
quam a dicto promontorio in Indiam,
aut ex Mexico in Lusitaniam vel
spaniam. Confer: Varen: lib. 1. Geo-
graph. c. 14. Propos: 7.

§. 13.

Causa hujus tendentia nulla est
alia, quam sol, ipsiusque ex Ori-
te in Occidentem diurnus motus.
Ignis enim cuius radii globus
hic cadens maris aquas ele-
vatas ante se continuo propul-
sit.

§. 14.

III. Tendentia Interpolaris, quae est
motus maris generalis et con-
stans uno semestri a Boream in
Australam, altero ex Australi in
Boream. Hic pariter a Job est,
qui non solum marium circa
Aequatorem, sed illorum quoque
quity in signis Boreis existit
verticalior est, multas aquas
in vapores abire facit: quo
facto aquae libris statim sublatis
Australiores accurrunt. Eodem

quando sole in signis Australibus emi-
nente, aqua marina Boreales in loca
intrafactorum Australium recedunt:
quem motum tendentiam in ferre-
tarem lubuit appellare. Frormannus
cum aliis motum Equatoris noca-
bat, causamque ipsius petit a terris
Polaribus elevatioribus. Vid. Phys: Ge-
ographica Part. Spec. Lib. 2. c. 9. p.
94. nonnulli motum latitudi-
narium, ad differentiam Tende-
ntiae Euro-Gephyreae, quae motus
longitudinarius audit.

§. 15.

Tendentis huius atrium lumen
concoiliabit quod sequitur ex-
perimentum: Supra quoddam
receptaculum aquis oppletum
longitudinis sesqui alna, lati-
tudinis duodecim pollicum glo-
bulus ducatur ferreus candefactus,
forcipe apprehensus, cuius dia-
meter tres absolvat pollices, du-

catum vero ita ut superficie
aqua non prorsus contingat.
Hoc facto non solum aqua in
receptaculo regretur motum
globi; verum etiam experi-
mento confecto deprehendit
tur aqua, cujus portio in va-
porem soluta fuit, quoad cor-
am immixta.

§. 16.

IV. Motus altitudinarius, quibus
estus marinus; estus diurnus
intumescencia et detumescen-
tia; fluxus et refluxus vocatur.
Est motus undarum maris, qui
ista per sex horas (communiter)
a litoribus recedunt; et 6.
horis aliis (communiter) ad
litora revertuntur. Recessus appella-
tur fluxus, detumescencia,
Germanis *Abflut*; Reditus
nominatur refluxus intum-
escencia, *Anflut*.

§. 17.

In causa utpote de frivisioni adsignanda,
multum variatur. Neq; tamen proba-
bilis est sententia.

§. 18.

I. Falii Caesaris Scaligeri, existimant,
flectas marinos ad litora veteris Ame-
ricae impulsos percuti versus Ame-
ricam, inq; via sex horas consumi-
re: abs America autem litoribus
pariter repelli versus orbem vici-
nem horis totidem.

§. 19.

II. Apollonii Tyrenaei, ex Pythagoricorum
tripode propheta, affirmant: fluxu
et refluxum maris esse respiratione
mundi haerentis aquam instar li-
lity, tamq; rursus egerentis: quam
sententiam Heptas et illi sequuntur,
qui mundi quandam animam propa-
gnant. §. 20.

III. Quorum, qui ad Caripum Norvegiae (Nad-
Aroon) provocant: Hic ad notabile
spatium copiosissimas maris aquas
sex horis absorbet, aliis sex re-
gurgitat. §. 21.

IV. Quorum, quibus creditum: Globum Terrae
aquam eunaram instar librati-
onis motum obtinere, huius sex
horarum vices. Phaenomenon pro-
ducere.

§. 22.

Unguis exacte rem declarant experimen-
ti ex Telluris circa suam axem ab Occi-
dente versus Orientem motu diurno,
(quemadmodum ipsas gurg. tendentias
inde saluere possunt) si modo ipse sit
motu plane esset evictus.

§. 23.

Dicendum igitur, donec melior ratio appa-
ratur Lunam proximam, Solem remota-
tam etiam marini esse causam. Nam

(a) Luna Solaribus radiis a se videntur
se alterativa tridit huiusmodi
est domina. Docent id Lunatici,
Podagrici, catharris infecti,
mulieres menstratae, cancri
etc. Sem manifestabit sequens
experimentum: Accipe catinam
latiorem, quam aqua nitrosa
cum sale communi mixta repleat.
Hanc catinam si in loco patulo
Luna radiis nocte serena ex-
posueris, videbis cum admirabi-
litate, aquam non diu post accipere
fervere et bulas agere, et tunc
tuo quidem vehementius, quanto loci
naria viciniora fuerint locis
tum conjunctionis tum oppositi-
onis: quod ita obseruabis si
qua fontana pura catinam oppo-
seris. Experim. est Kircheri. M. S. et

Tom. 1. lib. 3. cap. 2. Hinc ergo ratio
reddetur, cur tempore Plenilunii maxime
tempore auilunii maxime aestus esse
videat. §. 24.

6) Luna sua et vorticis sui terra viciniori
mate mare premitt. Hinc ratio reddenda,
quare sex horis quibus Luna ab Horizonte
Orientali ad Meridianum
Superiorem ascendat, fluxus sit: reli-
quis sex horis, quibus a Meridiano ad
Horizontem Occidentalem descendit,
refluxus. Et quare pariter id fiat
in opposito hemisphaerio, in quo
Luna tamen non est praesens.

§. 25.

6) Motum autem tanta hujus aetate
est varietas, ut scilicet in sinu Bal-
thico, mari Septentrionali ultra tra-
sylvaniam et Mediterraneo sit nullus. Sinu
Veneto exiguus. Sinu Atrabico magnus
etc. causa partim in litoreis, partim
in fundo maris in aequali, in salis, flu-
minibus in mare irrucitibus quarecatis
erit.

§. 26.

6) Ut circulationem aquarum prosequatur
inter terraneis maximis, mari, cuius
varietates Geographicas nunc non
tingam, ad subterraneis pergo.

§. 27.

6) Mirum perforata et fundum maris
et latera passim esse, vel ex supra-
dictis

liquet; Per fissuras autem istas non potest
test non maria impelli aqua, partim elata,
pondere proprio, partim pressura nauiter
bium et ventorum urgentibus, maxime
vero fluxu et refluxu, undas velut in
frudente. Aqua ergo intrata superio-
ribus undis poenere marginem desin-
tibus, qua data via ruit, oblique exitu
fiam ascendendo, cumq; meatu subter-
raneous majores non utivis reperiantur
per arenarum interstitia serpit, donec
alibi ubi crater aut subterraneus
aliquis abreus, iterum magna in co-
pia confluat, et vel lacum vel flu-
um subterraneum constituat, qui acci-
dentibus continuo undis suis, reper-
to vel aliquo teluris in superficie
exitu vi erumpit, fontemq; constitu-
it, et lacum conferraneorum, et
minum in mare se post confertum
iter exonerantium perentes.

§. 26.

Quibus autem fontes hoc pronasim
do laud dixerint, multis dubio pro
hac etiam ratione exsurgentibus: quia
subterranei quoniam aquae in visceri-
bus terra contentas propius habent,
vapores illas abire cogunt tanta
agitacione, ut vapores sursum per-

huic vias terra ardent. Hi ad fontem he.
 pelam subterraneam aut ad superfici-
 em terra frigidam delati aquarum col-
 lationes iterum constituant, via inven-
 ient per modum fontium ebullientes.

§. 29.

Ad hunc experimentum mani-
 festet, tertio aliquo modo fontem qua-
 dam produci posse. Fiat columna ex gy-
 pso in cuius summitate crater formetur,
 hanc in positam in centro patinae aquae
 repletae per aliquot horas relinque, et
 invenies aquam a gypsea columna sicte
 paulatim attractam, tandem usque ad ca-
 ram columnae pertingere, illam ad in-
 ventionem usque implere. Craterem evacuato
 exsiccatae columnae, experimentum denu-
 ro procedet. Evidenti ergo eodem modo
 retacea, gypsea aliisque abs ignibus sub-
 terraneis identidem exsiccata terra
 aquas subterraneas possent sursum
 trahere, donec in crateribus montium
 et superficie telluris celsis cumula-
 rentur fontes gignant.

§. 30.

Hi probe observatis multa facile sibi
 explicari poterunt phaenomena.
 Q. Cur aqua fontana et fluvialis dulcis
 sint communiter? Q. si fontes

nascantur vel ex transcolantibus
ex transfuctis marium aquis, salina,
lecula utpote crassiores suffla minantur,
quo minus ad terra superficiem
cum aquis pertingant. In autem fontibus
aquis habeat ex vaporibus ab ignibus
subterraneis productis, constantem
terquam quod huc prior ratio valde
ignis poterat ralem a vaporibus sepe
raste, proinde uti coctores salis
perficiunt.

§. 31.

II. Cum fontes quidam sint medicati, ab
a mari, salis, oleaginosi, venenosi,
colorati, metallici utpote vel au-
rum secum vehentes, gemmiferi,
pidescentes, metamorphotici, et
fontium naturam sequuntur saepe
humina. Q. id omne esse a
ficalis terreus, quos elutas sibi
quas vel inter transcolandum
scuit, vel ex fornice sui detrit.

§. 32.

III. Cur thermas tot terra habeant? Q.
potest fieri ut fornici aut aliando
terraneo magno in quibus aqua for-
sibus insorientes colliguntur, et
prophitacium subterraneum sub
stratum sit, qua ratione coctus

eruentem, unde fons debet exspuere.

§. 33.

44

De aquis subterraneis evaporantibus et
evolutione in pluvias facta per medium
irrotationis in eas rarum delaben-
tibus sic praeter intimationem aliquid
dicere nil atinet, tractatione in Me-
talogiam rejecta.

(A.P.W.T. V.

DE

TERRA.

§. 1.

Terra est elementum ex congerie par-
ticularum crassiorum rigidarum figuris
irregularibus et indefinite variis parti-
cularum motibus minus apterum constantis.

§. 2.

Quando Socrates Compend. Phys. Aristoteli.
Cartes: Evad. 221. addit. in globum ter-
ram fragmentatam, in coelo pendulam, ho-
minibus ac brutarum domicilium esse; ea
per terra sed globo terrens competunt.

Peripateticorum autem definitiones pe-
tantur non nisi a proprietatibus con-
cretariis. §. 3.

Figuram corpuscularum terrenorum Neo-
Democritei cuticam statuunt. Vid. Ma-
gnenus Democ. leviu. Disp. 2. Cap. 3.

p. 220. Cartesiani irregularem variē.
Quod certam, tales figuras particularum
terra assignandas, quae non tam in
otio se quam superficiēbus valent con-
tingere, quare irregularibus suis ma-
rie angulis se mutuo resistunt.

§. 4.

Nam valebimus isthac modo, declarare
de omnia, quae terris sunt propria

1. Quare non sit fluida, sed quiescens
partibus contact? quia videtur
et corpuscula irregularia
propter superficiales conta-
ctus angulos, plures et ma-
res se resistunt.

2. Cur maxime frigida? Quia
partes ipsius quiescentes et
frige non valent eum excitare
in animalibus motum, cuius
nunc calor appellatur.

3. Quare opaca? Quia in corpore ad
ignavo, aetherea partes eam
tationem eicere nequeunt, quae
lucis parens est.

4. Cur sicri fera? Quia non fluunt
per minima. Et metamor-
phosin nonnunquam terra, verum per
quas sibi commixtas.

De aëre in aëre gravis? Somniam
corpusculorum irregularium con-
sistentiam majus pondus et minor
motus.

6. Cur quamdiu pura, nec sapor nec
dolor excitet? Quia partes cum
minus subtiles tum magis quiete
non congruae sunt sensorii gu-
stus et olfactus afficiendis.

§. 5.

Varietas terrarum, ut alia nitrosa, bi-
uminosa, aluminosa, sulphurea aliis
habitudinis sint; non aliter procedit,
nam partim ex prædominio atomi-
um terrearum certa cujusdam figu-
ra, partim ex varia humorum aliorum
heterogenei alicujus elementi corpore
colorum mixtura.

§. 6.

Quod ad Universam terram tum inter-
statis agris spectatam attinet; equidem
non Mathematica, Physica tamen ipsi
profunditas competit: quod ortus et
occasus siderum; incrementa dierum
et noctium umbra terrae in Luna ec-
liposita; imo anulo Vix docent. Val-
de autem et montes, qui partim teluri
concreati sunt, partim abs inundati-
onibus, ventis, ignibus subterraneis, ter-
rae, motibus originem ducunt; Quoad-

medium his causis nunquam etiam
Arcentur) rotunditati hinc nihil officio
vnt.

§. 7.

Hujus terræ corporis in continen-
Insulas, peninsulas, isthmos, promon-
toria, campos, littora, portus etc.
Atributionem relinquimus Geographis

(A.P.U.T. VI.

DE

MIXTIONE.

§. 1.

Spectavimus elementa non solum pro
reperiuntur ad sensum et in stata
imparitatis; verum illustravimus
super illa qualia sint ad rationem
in suis minimis elementalibus. Re-
cedent nunc corpora in quibus con-
mixtio et imparitas, si respectus
ad elementa habeatur impura major
extantior, longe attenditur.

§. 2.

Non existimandum autem, quasi con-
mixtio illa uno quasi actu perficia-
tur; cum antequam corpus mixtum
mergat, innumera alterationes, subtra-
ctiones alieque mutationes contingant
v. g. Nullum est dubium quando ex cin-
tribus et calce vitrum, ex alimento sanguis

fit, quia in 404 mutationibus percipiatur
molecularum, ut de numero in eundo aut
obervatione sine omni statu in ista hanc
labor propterea serperatq; sit existitq;.

§. 3.

Res, tamen ex eo concludendum, ipsa mi-
nima elementalia sive atomos ratio-
ne figurae suae nativae aut habitudinis
essentialis variari; atomi enim sunt
incorruptibiles et immutabiles, in eis
non nisi quoad motum, numerum, com-
binationem et dissociationem variabiles.
De iudicandum mutationes habitudi-
nis nativae fieri in moleculis.

§. 4.

Equidem qua ratione molecularum alia
ab aliis symmetria et coordinatio,
diversa mixta progeneret, experientis
quidam demonstrari possent, nisi
tremus, in subsequentiis singulis se-
re capitibus id manifestum futurum
esse passim.

§. 5.

Quod si etiam definitio quaedam mixti-
onis in genere exigatur cum Aristoteli
dicemus, quod sit: Christilium altera-
torum unio. Vel cum Gregoriano Arist.
Phys. lib. IV. c. 1. p. 17. Aristotelicum
carpente: Mixtionem esse partium di-
versi generis secundum harmoniam

compositionem.

§. 5.
Dividuntur autem mixta communissime
pro compositionis et modificatio-
nis elementorum varietate, majore
item vel minore partium unitate
necpe in

Perfekte mixta, quae ex partibus
valde diversis firmique inter
se nexis sunt composita, ut
deo ut in illas aut non aut
egre queant resolvi: quales
sunt mineralia, planta, ani-
malia etc.

Imperfecte mixta, quae ex instabili
et instabili majoris partium
concretionibus oriuntur, cum
dominio instabili unius aliquid
juxta elementi impuri, in quibus
deo facile sunt resoluta.
Dicuntur haec consuetè me-
teora.

CAP. VII.

DE

METEORIS

in Genere

§. 1.

Meteora sunt certa in elementis
impressiones, sub alia atque alia forma
illa exhibentes. Haec cum in sublimi pla-

siderum, apparent, Meteora ad suspensio vel elevatione dicuntur; tum
 quod alii ex qualitate et assuetudine illarum
 in sublime tollit, hoc nomen com-
 munitum esse, haud inepte iudicent. Ver-
 ba sunt Linderi Phys. Erot. Arist.
 Cartes. Quest. 286.

§. 2.
 Materia meteororum sunt particulae
 aquae et terrae; ita ut per terras
 inveniuntur quaecumque, crassiores, sive illae
 vitreae, sulphureae, bituminosae sive
 alterius conditionis fuerint: per aque-
 as, quaecumque fluidae, sive deaeratae, si-
 ve spirituosae. etc.

§. 3.
 Particulae autem istae in exhalationem
 abire, s. e. dilatari et elevari debent,
 utpote in quo meteororum forma
 consistit.

§. 4.
 Causa efficiens meteororum motus est
 projectio vel a radiis solaribus, vel ab
 ignibus subterraneis, igne in anima-
 tibus, in putrefactis etc. vel a frigefa-
 ciente aere, aut ab aliquo vehementer
 impellente.

§. 5.
 Tres classes meteororum hic sufficienter
 aliae namque divisiones melius in fine

meteorologia dicuntur. scilicet in
terra

I. Secundum prædominium alicujus
elementi, cujus species in ipsis
magis sensibilis est, sunt vel
gæa, ærea, aquea vel terrea.

II. Quod sensus nostros alia existunt

Hypostatia, quæ id sunt quod
dicuntur esse: v. g. glacies nives
grando, ignis fatuus. etc.

Emphatica, apparentia, quæ
non sunt quod videntur esse
v. g. aurora borea, Iris, Pareidolia
etc.

III. Jatione globi terr. aqueo-ærei

Proxiora, qualia v. g. ignis lan-
bens ignis fatuus.

Remotiora, qualia. v. g. felix
cadens, Draco volans.

Remotissima, ut sunt v. g. bolus
capra saltans. etc. Etiam
agere meteora certe cæli
aëris officina ad signari
ant, superioribus nominibus
proprius exhibitis et cont.

DE
METEORIS IGNITIS

Superioribus

§. 1.

Meteora istorum sunt particula pingue
sulphurea, nitrosa, bituminosa, aut
si quae alterius generis sunt, quae infla-
nari possunt: sive illa ex spiraculis ter-
ra adscendant, sive ex corporibus con-
cristis resultent, sive ex putrefa-
ctis corporibus, sive corporibus animi-
um per insensibilem transpiratione
emanent: Eodemmodum ita recte sen-
tit Greyd: Inst. Phys. Lib. V. c. 4.

p. 131. §. 2.

Et verò materia inflammabilis ^{non} nun-
quam magis homogena; interdum con-
posita magis et heterogena: Et ex
ex hac impuriore meteora continentia
sua flatulenta quibusdam adsunt; ex illa
puriora de quibus hoc capite.

§. 3.

Causa efficiens non una occurrit. Alia
^{sunt}

Congregativa materialium. (1) Radii
solares. (2) Ventis. (3) Prementes
aut juxta se incumbentes nubes.

(4) Frigefactiva aëris habitudo.
Visciditas materialium. Alia
Ascendentes. Choty (1) aëris et ventis
(2) radii solares (3) nutius (4) de
accenso vicinis alijsq; meteoris
fectur (5) Retrofactivus massarum
interior.

§. 4.

Varietas figura salium in profectione
a varietate partim materia ejusq; ca
partium tum motus ac situs, partim
causa efficientis et corporum circum
positorum; partim forme sive actio
tionis; unice provenit. Nam

§. 5.

I. Quando exhalationis a terra reman
entis prius magis corpus per
pendicularem in respectu ad terram
latus situm obtinens in summitate
concepto igne successive deplacet
vocatur *Fax*.

II. Quando crassius accensio per
tum statim corpus eundem ad ter
ricolas situm habens diffusa
det; dicitur ignis pyramidalis
item *Columna ardens*.

§. 7.

III. Cum eadem toto suo corpore cano
transversum ad terram situm
exhibet; nuncupatur *Trabs*.

IV. ^{§. 8.} Cortice in quod Facem, Tratem, Ignam
Pyramidalem perhibent, irregri-
tum vel proprio materia ductu,
vel a causa quadam externa im-
pulsu per auras prolabitur, ap-
pellatur Bolis, Telum, Sagitta.

V. ^{§. 9.} Quando rueno per aërem Bolis, mi-
noris cum motu tum distantia a
terrene est; Stella cadens vel Tra-
jiciens (sub P^{er}stram ignis) dicitur.

VI. ^{§. 10.} Sed si dissipatur remotius a no-
bis materia accensione facta hinc
inde diffiliat: erunt scintille ro-
lantes. §. 11.

VII. Si eadem in longum protensa et qui-
eta magis flagret: Stipula ardens.
§. 12.

VIII. Si vero materia ejusmodi ardens
jam exstingatur, jam iterum accen-
dat, vel etiam modo sursum
modo deorsum modo aliorsum
per vias impelatur: Capra sal-
tans. §. 13.

IX. Quando propius ad terram nostram
ex pingrioni circa coemiteria, ru-
cella, loca uliginosa et palustria
suttivata fames multum, exkale
fione.

N.

flamma tenuis erumpens agitationi
ra cui libet obrecumdat: est ignis fatuus
Somnias fugientes sequens, sequens
fugiens et in paludiosa seducens,
suis naturaliter, nisi quod inter
Diaboli ludibria hoc igne in crusta
tur.

§. 14.

X. Lorties ejusmodi materia sive ex
animantium corporibus exiens
ve adventitia, ipsorum vel crinibus
vel vestimentis adhereret: Ignis
lambens vocatur. Lort nome
etiam retinet, si templis adhaerens
rescat aut arboribus.

§. 15.

XI. Quando autem in mari vel ex ipso
vel ex corporibus navigantium
vel navium picea incrustatione
hic ignis exortus malis velis
institit et quidem unicus, dicitur
tur Helena; si geminus, Castor
Volux; si multiplex Corona
va Virginitas.

§. 16.

XII. Cum vero ignis fatuus modi pael
spiffionis materia vel a vento in
equaliter pressus, aut inflexus
qualem habens secundo vento
currit: Draco volans nuncupatur
tur; qui deprehensum in via
patulum fuliginosum secutus

intra caminos. Et omnium nonnullam natu-
raliter se retijit.

§. 17.

Præterea id non omittendum, quod in re-
eonis habitus accensio haud raro dicitur
it debilis, ut qui Philosophus nec et
ignem ipsi inesse forte negaret. Sic
inintilla volantes, stipulae ardentes, py-
ramivales ignes, item fatui etc. in ster-
ampyridum aut ligni putridi nonnun-
quam lucere magis, quam flagrare de-
eri debent. Pariter ignis lambens
tum noctulucis istis et Phosphoris ar-
tificialibus non male comparatur,
vorum diversa genera ex urinis ani-
malium per artem Chymicam prepara-
ri posse, Kraftius, Kunckelius, Wei-
nig, optime autem Josephus Boyle,
in veris. Vid. Acta Erud. Lips. ad. ann:
1682. p. 14. 243. 394. et seqq.

Cap. IX.

DE

METEORIS AGRITIS FLATULENTIS
Horum materia eadem quæ priorum cen-
senda nisi quod in his et crassior sit et
opiosior et flatulentia non exigua
ori superveniat. Genim

§. 2.

Nubes a frige factiois aëre in turbulata

velut glaciei commutari grandines
docent et nives. Neque minus oculis
nostris fideri debemus omnino, alia
nubes super alias ferri et saepius
formi agitatione impelli intuentibus.

§. 3.

Ita super nubes inter superiores in
rioresque, imo in ipsarum partem compo-
se sulphureas, nitrosas aliasque cum
mineralibus tum metalificis ac lapideis
ficas particulas intercipi non aperi-
riori solum concludimus. Sed vel ex
nobis persuademus, quod tanta un-
quam ex mari salso, padibus sub-
reis, montanis ac vallibus metal-
logeneticis sursum elevatarum et
pia nubes absorbantur, ut vel im-
dare queant in pluvias resoluta reg-
nes aut conteyere in grandiaem
inter agrorum non minimam planiti-

§. 4.

Ut primum ergo nubium glacialium
sibi incumbendum ex excelsis conglom-
rantur sicut grandiaem in summis
sum. et inferiores sursum, superiores
deorsum vel proprio pondere vel ex
ventorum exteriorum impulsu ferri-
amittuntur: interceptaque iter in argu-
stias redactas primam quidem vehe-

celeriter strepitat; hinc magis profus ad
 sidera nubium impingens tumultuatur
 & marmurat aliquando fissa subtiliura
 per interstitia exiens crepitat et qua-
 si saltat, aut per ampliore[m] rupturam
 no impetu erumpens tonitat. Ut ita
 partim strepitus ante tonitrua, par-
 tim ipsum tonitru (1) tumultuans s.
 murrurans (2) saltans sive crepi-
 ans. (3) crepans s. bombans facile
 explicetur. Quoad modum flatuum
 nostris corporibus vice plus simpliciter
 omnes haec differentias producant.

§. 5.
 Sicuti autem hoc modo Tonitrua non
 nunquam praesertim illa, quae fulgur
 atque fulmen comites non habent, pro-
 ceuntur. Ita quae cum his conjuncta
 sunt, aliam causam agnoscunt: Vide-
 licet Sulphureo-nitroso inter nubera-
 ritata exhalationes accensa tandem
 fragorem talem edunt, qualem pulvis
 pyritus in machinis pyrobolicis ince-
 rit: Hinc Tonitrua ex surgunt; hoc
 ad similitudinem §. precedentis tu-
 mulantia conuertuntur, quando inflan-
 mata exhalationes nubes rumpere non
 valentes latera ipsarum quatunt, vox

secus ad in telure fit terre motus
contingentibus. Iuxta crepitan-
tiam, quoties materia inflama
ta successive per minus effracta-
tio foramen eruperit. Erant boni
bantia, eruptione uno impetu per
ius foramen facta, exemplo a mortar-
rio bellico desumpto.

§. 6.

Hec omnia cum alioq; accensione non
egantur suppeditant occasionem
randi, qua ratione pronascentur

I. Corruscatio; (sicut dicitur in
Sicut si nubes valde sint
et, ut accensa materia statim
quaque versum transeat, tanquam
si in libero aere pulvis tormen-
tarius incendatur.

II. Fulgur; (sicut dicitur in
crassior magna vi cum fragore
pertrahatur, adeo ut ignis impen-
tam attractuose per auras
scurrere aliquantulum continet.

III. Fulmen, (sicut dicitur in
minantis motus, cujus confectio-
nem et virtutem de sancto
docet Sordani. Act. Part. 2. cap.
p. 200 leg. v. maximo impetu
crassissima nubes perforatur

et erumpens ignis ad hanc terram
determinatus.

§. 7.

is tingit fulvra meritis ut varietate
accensarum exhalationum in

Ureas; quod sulphurea magis natu-
ra corporibus inflammabilibus
intra corolla picea ad haerescen-
illa incendit.

Terebrans; quod onatum ex subtilissima
et summa vi penetrandi praedita ex-
halatione ad naturam saluum volati-
lium aut aquae fortis; corporibus pe-
roris et molibus velocissime trans-
eundo parit: solidissimis contra
vim infert maximam. Tidunt non-
nulli

Discutiens; quod non adeo nobiliter ac-
censationis vestigiis relictis destruat
turres, moenia etc. Sed quod ad Tere-
brans non male revocatur.

§. 8.

Interdum fulminea direptione facta ful-
minarem lapidem unum aut plures
um igne descendisse Cartesio probatur
Meteorol. Cap. VII. num. X. Lohaultio
Tract. Phys. Part. 3. Cap. XVI. num. IX.
existimanti quod eorum phure, nitro et
imo exsiccato tali, quale in aqua pluri-
li subidere praemissa conspicitur, certa
quantitate permixtis subito compingit.

corpus durissimum. Gregorius in
Phys. lib. V. cap. V. p. 139 iudicant
lygnem ejusmodi qualis carnis
haret, in ignem coniectam duritiem
sudeam posse acquirere Schotto
Curiosa Lib. XI. cap. XIX. perhibent
ex terrestri viscosa divettarum
exhalatione et humore vaporum
efficacissimam fulmineam flammam
torari. Ut alios taceam. Ego Cap.
jus III. d. commemoravi, quod metalli
fici ac lapidifici succus una cum
mis et vaporibus terra sursum
hantur. Evid ergo mirum, quando ex
pris vel per frigiditatem aërem
excoquentem ignem solida exin corp
ra eodem modo uti in terris visce
bus coalescunt.

CAP. X.

DE METEORIS AEREIS

§. 1.
Hæc ab aëre nihil differunt, nisi
varietate ac determinatione.

§. 2.
Nam quod fluctus in mari, et torrentes
in terra; idem in aëre sunt venti: alii
scilicet agitati.

Causa hujus agitationis prorsus mihi
narrari potest, quae tamen omnino
evocari poterunt

1. De rarefactione aëris: per hanc
enim sive ignitus se intra aëris
poros irrivantibus, sive vaporibus
intra eos intravit aër dilatatus
